Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Non enim supplicat dnm̄ propheta. ut non arguatur cum legitur. ego quos amo arguo. sed ne in seueritate iudicii damnetur. Ira est longa indignatio. furor. uelox accensio mentis. quibus dns̄ numquam mouebitur. sed iusta tranquillitate consistit.

Dixit ãmam suam esse turbatam. Id est per paenitentiam ademendandũ. Valde ideo dixit. ne clemens xp̄s putaretur diutius tardare adiutorium. Usquequo. sub auditur differs misereri. qui usque adfinẽ preces supplicum non soles obliuisci.

Bene perfidos dicimus esse inmemores dī. qui nullam fiduciam confessionis habent. quis confitebitur tibi. Sub auditur aduenicam In inferno. ubi nulla remissio inuenitur.

tu ingemescunt narrantes. seq. a peccatorum consortio segregantes. nullam cum ipsis habere cupiunt portionem.

NE NE IN FURORE tuo arguas me. neque in ira tua corripias me.

Miserere mei dne quoniam infirmus sum. sana me dne quoniã conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est ualde. & tu dne usque quo.

Conuertere dne eripe animam meam. saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui. in inferno autẽ quis confitebitur tibi.

Laborauī in gemitu meo. lauabo per singulas noctes lectum meum. lacrimis meis stratum meũ rigabo.

Iste psalmus primus ẽ psalmorum paenitentiae. Seq. xxxi. xxxvii. l. ci. cxxviii. cxl. ii. Ideo septẽ quia septẽ modis peccata dimittuntur. Id baptismo. martirio. elemosinis. Remittendo fratri peccata. Conuertendo peccatorem. Vera caritate. paenitentia pura. Addunt communione corporis xpi.

Infirmitatis confessio. dī misericordiam mouet. Cum uulnera peccati manifestentur. Ossa hic fortitudinem mentis significant. quibus quassatis omne corpus infirmatur. Sic cum fortitudo mentis deficit. omnis uigor animae elabitur.

Cum dicit conuertere. Ut indicte relaxatio postulatur. Ut non exigat a nobis debitas ultiones. Eripe. ab imminenti supplicio saluum se petit fieri. Non secundum sua merita. sed propter misericordiam diuinam.

Gemitus enim dictus est geminatus luctus. cum malorum nrorum reminiscimur. et futura pene timore terremur. Lectum delectationem corporis dicit. quam potest homo lacrimis lauare. si eum contingat.